Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

eos qui se male habebant accedere ubi audiebant
eum esse. Et quocumque introibat in uicos uel in uillas
aut ciuitates in plateis ponebant infirmos et
deprecabantur eum ut uel fimbriam uestimenti eius
tangerent. Et quotquot tangebant eum salui fie-
bant. Sup psalm. Adesto qs dne supplicationibus
nris et in tua mia confidentes ab omni nos aduer-
sitate custodi. P. Dnica prima in xl. Introitus
Inuocauit me et ego exaudiam eum eripiam eum et glificabo
eum longitudine dierum adimplebo eum eum. Ps. Qui habitat
in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. Ord
Deus qui ecclam tuam annua quadragesimali
obseruatione purificas: pta familie tue:
ut quod a te obtinere abstinendo nititur: hoc bo-
nis operibus exequatur. P. Ad Corinthios
Fratres. Hortamur uos ne in uacuum gram
dei recipiatis. Ait enim tempore accepto exaudiui
te: et in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus
acceptabile: ecce nunc dies salutis. Nemini dan-
tes ullam offensionem ut non uituperetur ministerium
nrm: sed in omnibus exhibeamus nos metipsos sicut
dei ministros in multa patientia: in tribula-
tionibus: in necessitatibus: in angustiis: in pla-
gis: in carceribus: in seditionibus: in laboribus:
in uigiliis: in ieiuniis: in castitate: in scientia:
in longanimitate: in suauitate: in spu sancto:
in caritate non ficta: in uerbo ueritatis in uirtute
dei: per arma iustitie a dexteris et a sinistris: per
gloriam et ignobilitatem: per infamiam et bonam
famam: ut seductores et uerates: sicut qui igno-
ti et cognoti: quasi morientes: et ecce uiuimus